



**Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianae, 1661**

23 Ordinat hoc omnes, maiores, sive minores.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](#)

*Arca hoc ipsum nomen Cephas, Opiatus Afer, antiquus, & pro-  
prietatis auctor, quem Hieronymus, & Augustinus magnis factus, libro  
fondit, endem modo, qui Anacletus, acceptit, his stenis verbis:  
Igitur negant non potes, seire te in urbe Roma, Petro  
primo cathedram episcopalem esse collatam: in qua se-  
derit omnium Apololorum caput Petrus: unde & Ce-  
phas appellatus est. Et Iudicioru lib. 7. Ezym. cap. 9. sic de Pe-  
tro loquuntur: Cephas dictus, eo quod in capite sit constitutus Apololorum. Ke[m]p[er] enim græce caput dicitur  
Yeru[m] apud Baruchianum & Iovem s[e] habebatur: ut reliqui o-  
mnibus praesul Apololorum Cephas, id est, ut Petrus primi-  
epipani tenueret Apostolatus.*

*¶ Et reliqui] In originali est, & originalis Apo-  
stolopis. Hac autoritate Alexandrina ecclesia secundum  
a prima locum habere censitur. Sed potest in Constantinopolitana  
falsa ecclesia Constantinopol. secundum a sede Apostolica tunc  
accipi.*

C. III. *Secundum à Romano Pontifice  
Constantinopolitanus obtinet  
locum.*

*Vnde in eadem synodo, id est, Constantino p. r.  
e.s. ita constitutum est.*

*Constantinopolitanus a civitate episcopum habere  
cooperat primatum honorem post Romanum episco-  
pum: propter quod sit nova Roma.*

*C. IV. ex iii est, quas Apolonica Romana fides à primis  
et longo p[ro]l[ati]o tempore non recipit: quod ex epistola si. alias  
3. Leon. Papa primo ad Anatolianum Constantinopolitanum, &  
a[nti]epiponopis facile est curvis cognoscere: itemq[ue], ex dualibus  
epistolis Leonii m[on]ti, una adversus prescriptiones Michaelis, & Leo-  
ni, cap. 21. altera ad eudem Michaeliem. Sed multi clarissimi ex  
B. Gregorii epistola 31. lib. 6. ad Eugenium Alexandrinum, & A-  
ndreas Scholastico: argue ex epistola Nicolai primi ad Mi-  
chaelium Imperatorem, qui scripta, Propofueramus. Quan-  
tum Cyprianum patet episcopi, Imperatoris potestia freat, fo-  
candus loco Patriarchatus sedetur, sibi usurparun: idq[ue] tan-  
dem paci, & tranquillitate causa sua ipsius concessum, sicut in cap-  
itulo de privilegiis. Innocentius Papa III. declaravit.*

C. IIII. *Apolonica fidei Constantinopolitanam  
confitit esse subjetam.*

*Item Gregorius Ioanni episcopo Syracusano,  
lib. 7. epist. 53.*

De i Constantinopolitanis ecclesia quod dicunt, quis  
eam dubitet fedi Apolonica esse subjectam? quod  
& D. p[ro]p[ter]imus Imperator, & frater noster Euzebius e-  
iusdem civitatis episcopus affidit profiteretur. Tamen  
si quid boni, vel ipsa, vel altera ecclesia habet, ego & mi-  
niores meos, quos ab illis non prohibeo, in bono imitari  
paratus sum. Sultus est enim, qui in eo se priuum  
eximitis, urbana, quae videbit, diftere contemnat. Idem  
ridem epist. 44. Nam, quod Primus Byzantenus fedi A-  
polonica dicit se subjeti, si qua culpa in episcopis inve-  
nitur, nequaquam & ei subiectus non sit: cum vero cul-  
pa non existat, omnes secundum rationem humilitatis  
sequiles sumus.

*Hoc caput fons primus est, ex duabus epistolis eidem Ioanni episcopo Syracusano scriptis: sed in epist. 53. ex qua accepta est prior  
parte agitur de Constantinopolitanis ecclesia: in sequenti vero de 44.  
epistola Primus Byzantenus Africa, non autem Con-  
stantinopolitanus, quod videatur, & Gracianus, & Anselmus, apud  
quem videtur legimus, voluisse, et adduci fortasse summula illa,  
qua propria est episcopi Gregorii. Autem quidam glossa, quod  
Gracianus præsumit, a parte exposuit.*

*a Epistola eiusdem. P[ro]p[ter]e. l. 2. c. 22. b Anselm. l. 2. cap. 66.  
c ad episcopum subiectus.*

C. V. *Confidentiopolitanus episcopus au-  
toritate Romani P[ro]p[ter]e de-  
ponitur.*

*Item Gelasius Papa I. ad Faustum magistrum  
legationis.*

*Q[uod] va a traditione majorum, Apostolicam sedem in iu-  
dicium vocant? An secunda fedit Antistes, & tertia,  
exteriq[ue] bene libi concilii sacerdotes depelli debuerunt,  
& qui religionis exitit inimicus, depelli non debuit?  
Viderint ergo, si alios habent canones, quibus suas in-  
epias exequantur. Exterium isti, qui sacri, qui ecclesiasti-  
ci, qui legitimini celebrantur, sedem Apolonicam ad ju-  
dicium vocare non posunt, & Constantinopolitanis ci-  
vitatis episcopus, quix utiq[ue] per canones inter sedes mul-  
tum nomen accepit, in communionem recidens perfido-  
rum, non debuit submoveari?*

C. VI. *Confidentiopolitana ecclesia secundum  
à Romana sibi locum.*

*Item ex 6. synodo sub Iustiniensi congrega-  
ta, cap. 56.*

*R*enovantes i sancti Constantinopolitani decreta  
concilii, petimus b, ut Constantinopolitana fides  
familia privilegia, que superior 2 Roma habet, accipiat,  
ne non in 3 in ecclesiasticis rebus magnificetur, ut illa  
debet haec secunda post illam exiffens, prius quam Alexan-  
drina fides numeretur, deinde Antiochenia, & post eam  
Hieropolitana.

*Hinc datur intelligi, quod Alexandrina ecclesia de secunda sedet  
sit tercia, & Antiochenia de tercia si quartu, nisi forte qui duas con-  
tentat sed secundas, ut Confidentiopolitana, & Alexandrina  
parem sua dignitatem velit locum omnime.*

*I. ¶ Renovantes] Hic agitur de quinto illo canone prima  
synodo Constantinopolitana, de quo supra ead. c. Confidentio-  
politana, dictum fuit. Et quod attinet ad omnes hos canones, quia  
sexta synodo tribuanter, videnda est oratio ad c. sextam, fu-  
stra 16. diff.*

*2 ¶ Superior] Ita habetur in aliquo veteris exemplari-  
bus: nam in vulgaris erat, inferior. Græco est, n[on] m[od]er-  
etur ergo p[ro]p[ter]e, id est, antiquioris & senioris Romæ,  
ut in ea proximo. Omnis autem caput hoc longe brevius est in  
haec verione, quam in grecis exemplari, uno tantum loco copiis,  
quod Antiochenam numerat fide[m]: cuius in grecis vulgo nulla  
mentio.*

*3 ¶ Nec non] Sic emendatum est ex aliquo manuscrito,  
& graco, antea enim legebatur, non tamen.*

C. VII. *Qua patriarchalium sedem primum,  
vel iustept[er]e tenet locum.*

*Unde in 8. synodo, habita sub Hadriano  
Papa II. cap. 21.*

*D*iffinimus e neminem proflus mundi potentum  
quemquam eorum, qui Patriarchalibus præsumt  
sedibus, in honore, aut movere a proprio therone tentare,  
sed omni reverentia, & honore dignos judicare, præci-  
pue quidem sanctissimum Papam seniorem Romæ, deinceps  
autem Constantinopolos Patriarcham, deinde ve-  
ro Alexandria, ac Antiochiam, ac Hieropolymorum.

#### DISTINCTIO XXIII.

*B* Reviver que inter ecclesiastica officia sit differentia mon-  
stravimus. Nunc a summo incipientes, & usque ad ul-  
timum gradum descendentes, qualiter quisque coram  
debet ordinari, sancitorum auditoribus offendamus.

C. I. *¶ Decretum Nicolai Papa de electione  
summi Pontificis.*

*Unde Nicolaus Papa II. in con. Lateranensi.*

*a Ivo p[ro]p[ter]e c. 9. b ὁ εὐαγγελιστὴ ματθαῖος, c Deni-  
dedit, p[ro]p[ter]e Anselm. l. 2. c. 72.*

**I**n nomine Domini nostri, & Salvatoris Iesu Christi. Anno ab incarnatione ejusdem. M. L. IX. mense Aprili, iudicione xii. propositis factis Evangelis presidente quoque reverendissimo b. ac beatissimo Nicolao Apostolico Papa in basilica Lateranensis Patriarchi, qui cognominatur Constantiniana, confidentib. etiam reverendissimis episcopis, abbatis, presbyteris, diaconis, idem venerabilis Pontifex auctoritate Apostolica decernens de electione summi Pontificis, inquit: Novit beatitudine vestra, dilectissimi fratres, & coepiscopi, inferiora quoque membra Christi non latuit, defuncto pia memorie Domino Stephano praedecessore nostro, hoc Apostolica sedes, cui auctore Deo, deservio, quot adverba pertulerit, quot denique per simonia札 hæris trapezitis repetitus mallei, crebrisque tunsionibus subjaceruit, adeo, ut columna Dei viventis iam penè videbatur concusa nutare, & sagena summi pectoris, procellis intumescientibus cogebatur in naufragi profunda submersi. Vnde, si placet fraternitatibus vestris, debemus, auxiliante Deo, futuris casibus prudenter occurrere, & ecclæsticis statu, nec recidiva e (quod abit) malâ pravaleant pacavere. Quapropter instituti prædecessorum nostrorum, aliorumque sanctorum Patrum auctoritate, decernimus, arque statuimus, ut obiecto hujus Romanæ universalis ecclesiæ Pontifice, in primis Cardinales episcopi diligenter insimilis de electione tractantes, mox Christi d. clericos Cardinales adhibeant: sicutque reliquias clerorum, & populus ad confusum nova electione accedat, nimis præcaventes, ne venalitatem morbus aliquæ occasione subterpet. Et ideo religiosissimi viri prudens sint in promovenda Pontificis electione, reliqui autem sequaces. Ceteris vero atque legitimis hiæ electionis ordo perpendit, si perspectis diverorum patrum regulis, live gelatis, etiam illa B. Leonis prædecessoris nostri sententia recolatur. [Nulla e., inquit, ratio finit, ut inter episcopos habeantur, qui nec à clericis sunt electi, nec à plebeis expediti, nec à comprovinciis episcopis cum Metropolitanis iudicio conferuntur.] Quia vero leges Apostolicae cunctis in orbe terrarum præfert ecclesiæ, atque ideo super se metropolitanum habere non potest, Cardinales episcopi proculdubio metropolitanis vice funguntur, qui videlicet electum episcopum ad Apostolicum culminis apicem proventant. Eligatur autem de ipsius ecclesiæ gremio, si reperitur idoneus, vel si de ipso non inventitur, ex alia assumatur, salvo debito honore, & reverentia dilecti filii nostri Henrici, qui in praefatarum Rex habentur, & futurus Imperator, Deo concedente, speratur, sicut iam sibi concessimus, & successoribus illius, quia ab Apostolica sede personaliter hoc ius impetraverint. Quid si pravorum, atque iniuriorum hominum ita perversitas invaleruerit, ut parafynca, atque gratuita fieri in urbe non possit electio, Cardinales episcopi cum religiosis clericis, catholiciq; laicis, licet paucis, ius potestatis obtineant, eligere Apostolica fidelis Pontificem, ubi congrue viderint. Plane, postquam electio fuerit facta, si bellicia tempesta, vel qualifœnque hominum conatus malignitatis studio reficerit, ut is, qui electus est, in Apostolica sede iuxta consuetudinem intronizari non valeat: electus tamen, sicut verus Papa, obtineat auctoritatem regendi Romanam ecclesiæ, & dispromendi omnes facultates illius: quod beatum Gregorium ante suam consecrationem fecisse cognovimus. Quod, si quis contra hoc nostrum decreum synodaliter sententia promulgatum, perfiditionem, vel præsumptionem, aut quolibet ingenuo electus, aut etiam ordinatus, seu inthronizatus fuerit auctoritate divina, & sanctorum Apostolorum

a. Pann. lib. 3. cap. 1. b. al. reverendissimo. c. al. redire. d. al. episcopi. e. inf. diff. 62. Nulla ratio.

Petri & Pauli, perpetuo anathemate cum suis audib. fautoribus, & sequacibus à limibus sancta Dei ecclesia separatus abiicitur, sicut Antichristus, invaserit, & destruxerit totius Christianitatis: nec aliqua super hoc ei audiencia reserveretur: sed ab omnies clæstico gradu, in quoque fuerat prius, sive retranslatione deponatur: cui quisquis adhuc vel qualemque tamquam Pontifici reverentiam exhibuerit, aut in aliquo eum defendere præsumperit, pari sententia b. sit mancipatus. Quisquis autem hujus nostræ decretalis sententia temerari extiterit, & Romanam eccleiam sua præsumptione confundere, & commovere contra hoc statutum tentaverit, perpetuo anathemate, atque excommunicatione damnetur: & communis, qui d. non resurgent in iustitia, repudiat, omnipotens iram contra eis sentiat, & sanctorum Apostolorum Petri & Pauli (quorum ecclesiæ præsumit confundere) in hac vita, & futura furorem sentiat: fiat e habitatione eius deserta, & in tabernaculo ejus non sit, qui inhabet: sicut f. filii eius orphani, & uxori eius vidua: communitas amicorum eius, & filii eius, & mendicantes, & exercitatio de habitatibus suis: frateretur sancte aeternæ subsistantiæ ejus, & diripiatur alieni labores ejus: orbis & terrariorum pugnat contra eum, & cunctæ elemosina fuit ei contraria, & omnium sanctorum quietem invenit illum confundand, & in hac vita super eum apteram vindictam ostendat. Observatores autem hujus nostri decreti, omnipotens Dei gratia protegat, & auctoritas beatorum Apostolorum Petri & Pauli ab omnium peccatorum vinculis absolvat.

¶ Hujus decreti integrum exemplum est in verulissimo libro Abbatia monasteri Farfensi, litera Longobardicus ante annos pma quingentos scripto, & alibi.  
2 pars. Episcopi vero, & ceteri ordinis infra confitunt: quæliter ordinari debeant, ex auctoritate Carrthaginensis concilii quarti, cap. i. cui interfuit Angustinus, tempore Honori Augusti, spondamus, ab eorum examinatione incipient.

C. II. ¶ Quomodo sit examinandum, qui in episcopatum elegerit.

¶ Qui h. episcopus ordinandus est, antea examinetur, si natura sit prudens, si docibilis, si moribus temperatus, si vita castus, si sobrie, si temperante, si negotiis cavens, si humilis, si affabilis, si misericors, si literatus, si in lege Domini instruens, si in scripturam censuatus, si in dogmatis ecclæsticis exercitus: & ante omnia, si fidei documenta verbi simplicibus affert, id est, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum unum Deum esse confirmans, totamque Trinitatem coextensem, & substantialem, & coextensem, & omnipotentem prædicans, si singulis i quaefacie in trinitate personas plenum Deum, & rotas tres personas unum Deum: si incarnationem divinam non in parte, neque in spiritu sancto faciat, sed in filio tantum crevit, ut qui erat in divinitate Dei patris filius, ipse fieri in homine hominis matrix filius: Deus vero ex parte, homo versus ex matre, carnem ex matrix visceribus habens, & animam humanam rationalem, similem in eis veritas utriusque naturæ, idem Deus homo, una persona, unus filius, unus Christus, unus Dominus creator omnium, qui sunt, & auctor, Dominus, & rex cum Patre, & spiritu sancto omnium creaturarum: qui patus sit vera carnis passione, mortuus vera corporis sit morte, resurrexit vera carnis sua resurrectione, & vera anima resumptione, in qua veniet judicare vivos

a. al. aliquando. b. al. sententia. c. al. miss. d. Psalm. 1. e. Psalm. 68. f. Psalm. 108. g. S. 3. h. Ordo Romane pag. 65. Burch. lib. 1. cap. 8. Ivo. part. 1. cap. 6. Polyc. lib. 3. lit. q. i. al. singulare quamque receptione. k. al. mol.

et mortuos. Quarendum etiam ab eo, si novi & veteris Testimenti, id est, legis, & prophetarum, & Apostolorum unum eundemque credat auctorem, & Deum, si diabolus non per conditionem, sed per arbitrium factus sit malus Quarendum etiam ab eo, si credat hujus, quam gelatius, & non alterius carnis resurrectionem, si creditur iudicium futurum, & recepturos singulos pro his, quae in carne gesserint, vel poenas, vel premia, & si ni- pius non prohibeat, si secunda mat. imponit non damnet, si carnarium perceptionem non culpet, si paenitentibus reconciliatur communiceat, si in baptismate omnia peccata, id est, tam illud originale contractum, quam illa, que voluntariè admissa sunt, dimittantur, si extra ecclesiam catholicae nullus salvetur. Cum in his omnibus examinatis, fuerit inventus plene infirmus, tunc cum confusus clericorum, & laicorum, & convenit totius provinciae episcoporum, maximeque Metropolitani vel auctoritate, vel praesentia ordinetur episcopus. Suscepito in nomine Christi episcopatus; non fuit defletus; ne fuit mortuus; sed his partum definitionibus acquisiet.

*Capitulo integrum existat in ordine Romano; additus ad missam vacua. Statuta ecclastica, cui similes titulam ter Carthaginensem enatio est prepositum in aliquo tempore codicibus, trahant illi, qui tempore concilio ediderunt.*

*¶ Acquiescat.] Post hoc verbum tam in concilio; quam in ordine separatur, in cuius ordinatione etiam aras requiratur, quam fandi patres in praegrediens episcopis confluuntur.*

*C. III. ¶ Quale est debet clericorum conservatio.*

*Iota Isidorus, de ecclastica officiis, lib. 2. c. 2.*

*H*ec & igitur lege Patrum caverunt, ut à vulgaris vita, & scilicet, à mundi voluptatibus se abstinenter, non speculaculis, non pomposis intercessint, convivia publica fugiant, privata non tantum pudica, sed & sobria coulant; alii nonne quam incumbant, neque turpum occupato locorum, & auditisque enufugiam studium appetant, amorem pecuniae, quasi materiem cunctorum curramus fugiant, & secularia officia, negotiaque abiciant; honoris gradus per ambitiones non fubent: proprieatis medicinæ Dei, munera non accipiant, dolos & coniunctiones caveant: odium, amulationem, obtridationem, aequi vindictam fugiant: non vagis oculis, non effrenatinga, aut pertulantis fluidoque d'getu incendat; sed pudorem, & verecundiam mentis simplici habitu, resolute ostendant: obsecrantur etiam verborum, sicut & operum genitus excentrentur: viduarum, & virginum frequentationem fugiant, conubierum exceptum, nuptiarum nullatenus apparant, cattifiniam quoque violati corporis perpetuo conservare fudent: ant certe unius matrimonii vinculo foedarentur, senioribus quoque debitan obedienciam praebeant, neque ulli japhant studio femoribus atollant: postfermo doctrinae letacionibus, psalmis hymnis, cantibus, exercito jugiter incumbant. Tales enim debent esse qui divinis cultibus lemniscundos student exhibere, feliciter, ut dum scientiam operam dant, doctrina gratianam possit administrare.

*C. IIII. ¶ Quodcumque sacramenta tractare non possint, ad ministerium non rebatur.*

*Iota Clemens ad latronem fratrem Domini.*

*T*ales & ad ministerium eligantur clerici, qui dignè possunt dominica facientia tractare. Melius est

enim domini sacerdoti paucos habere ministros, qui possint dignè opus Dei exercere, quam multos inutiles, qui onus grave ordinatori adducant.

*C. V. ¶ Si electio in episcopum aliqua objiciuntur, quando vel sex episcopi ad ejus purgationem convenerint.*

*Item ex concilio Carthaginensi 3. c. 46.*

*I*llud a statuendum est; ut quando ad eligendum episcopum convenerintur, si que contradictione fuerit oborta, (quia sapientia facta sunt apud vos) non prafumant ad purgandum eum, qui ordinandus est, tres tantum b; sed posfultiunt ad numerum supradictorum duo vel tres, & in eadem plebe, cui ordinandus est, discutantur primo persona contradictionem: postremo illa etiam, quæ objiciuntur, perratentur, & cum purgatus fuerit sub confessu publico, ita denum ordinetur. Si hoc cum vetere sanctitatis animo concordat, roboretur vestra dignitas & response: Ab universis episcopis dictum est: Satis placet.

*C. VI. ¶ Vota sue promissionis spondeant,*  
*quae ecclastica promovet de-*  
*sponsa.*

*Item ex concilio Tolentino II. c. 10.*

*V*anquam d'omnes, qui faciunt mancipantur ordinibus, canonici regulis teneantur adstricti, expedibile tamen est, ut promissionis sua vota sub cautione spondeant, quos ad promotionis gradus ecclastica probat & disciplina. Solet enim plus timeri, quod singulariter pollicetur, quam quod generali sponsione concluditur. Et ideo placuit huic sancto concilio, ut unusquisque, qui ad ecclasticos gradus est adscensus, non ante honoris consecrationem accipiat, quam placiti sibi adnotazione promittat, ut fidem catholicam sincera cordis devotione custodiens, iustè, & pie vivere debeat, & in nullis operibus suis canonici regulis contradicat, atq; ut debitur per omnia honorem, atque obsequiū reverentiam: preminentib; sibi unusquisque dependat, iuxta illud beati Leonis & Papa editum: [Qui se fecit aliquibus esse propositum, non molestè ferat aliquem sibi esse prefatum: sed obedientiam, quam exigit, etiam ipse dependat.] Poena etiam b' iusta ecclastica confundendini morem, & placitis talium inferenda i, & ab iis, qui transgrediores fuerint, persolvenda est.

*C. VII. ¶ Qualiter ordinetur episcopus.*

*Deinde dispositio qualiter ecclastica officia ordinantur, in concilio Carthagin. 4. c. 2.*

*E*piscopus k; cum ordinatur, duo episcopi ponant, & teneantur Evangeliorum codicem super caput, & certavent eum; & uno super eum fundendo benedictionem, reliqui omnes episcopi, qui adstant, manus suis caput eius tangant.

*C. VIII. ¶ Qualiter ordinetur Presbyter.*

*P*resbyter l; cum ordinatur, episcopo cum benedicente, & manu super caput ejus teneente, etiam omnes Presbyteri, qui presentes sunt, manus suas iuxta manum episcopi super caput illius teneant. Sicut autem in die fux ordinationis sacerdos oratio, utroque humero ambitur, ita tempore consecrationis, eodem orario debet uti instanter.

*a Et in concilio Afric. cap. 37. Polyc. lib. 2. cap. 3. Ansel. lib. 6. cap. 6. Euseb. lib. 1. cap. 6. Ivo part. 3. cap. 60. b al. ramum accedere. c al. designatione. d Ansel. lib. 7. cap. 38. e al. pro-verbio. f al. placita sibi. g epist. 52. ad Anatolium Thess. episcopum. h al. ramum. i orig. i al. inferenda. k Ordo Romanus, pag. 100. Polyc. lib. 2. tit. 9. Ansel. lib. 5. cap. 49. l Ep. part. 3. cap. 124. Pann. lib. 3. cap. 6. m Erred. concilio. cap. 3. Polyc. lib. 2. tit. 32. Ansel. lib. 7. cap. 39. Ivo p. 6. cap. 12. Pan- norum. lib. 3. cap. 33.*

C. IX. ¶ Quid quisque accepit tempore con-  
fessionis, ferat tempore obla-  
tions.

Unde in concilio Bracharense 3. c. 3. legitur.

Ecclesiastica, & antiqua institutione praecepsum no-  
vimus, ut omnis sacerdos, cum ordinatur, oratio u-  
troque humero ambiatur, scilicet, ut qui imperturbabi-  
us praecepsum confiteat inter proferba & adverba, vir-  
gatum semper ornamento, utroque circumflexus ap-  
pareat humero. Quia ergo ratione tempore sacrificii  
non assimilat, quod le in lacrimato accepisse non du-  
bitat? Proinde modis omnibus convenit, ut quod quis  
que percept in confessione honoris, hoc reueat &  
in oblatione, vel perceptione sive salutis, scilicet, ut cum  
sacerdos ad solemnia missarum accedit, aut per se Deo  
sacrificium obtulerit, aut sacramentum corporis & san-  
guinis Domini nostri Iesu Christi sumptuari, non aliter  
accedit, quam oratio utroque humero circumflexus,  
sic & tempore ordinationis sua dignificetur consecra-  
tus, ita ut de uno, eodemque oratio cervicem parter  
& utrumque humerum preiens signum in suo pectori  
preparat a cruci. Si quis autem alter egredi, excom-  
municatione debita subjaceat.

4. ps. Dalmaticis autem, nec episcopis, nec diaconis abs-  
Apostolica licentia uti permitteretur.

C. X. ¶ Absque Apostolica licentia Dalmati-  
cici, nec episcopis, nec diaconi  
uti licet.

Unde Gregorius Aragon episcopo Francorum,

lib. 7. off. 111.

Comunis & filius Petrus Diaconus nobis inno-  
quit, quod fratres fratrum vestra tempore, quo hic fuit,  
poposcerit, ut sibi & archidiacono suo tunc dalmati-  
cis licentiam praeberemus. Sed qui ita hominum suo-  
rum infinitate compulsi festinante abficit, ut nec  
ipse incoer incumbens diutius (ut dignum erat, & res  
desiderata poscebat) sinecer permanere, & nos in mul-  
tis implicitorum, ecclesiastice rationis consideratio no-  
rum hoc inconculce, & subito non permetteret indul-  
gere; idcirco postulata re prolongatus officium est.  
Nunc vero charitas tua bona revocantes ad animum,  
hujus auctoritatis nostrae serie, petit concedimus, at-  
que te, & Archidiaconom tuum dalmaticum ufu de-  
corandos esse concedimus, easdemque dalmaticas di-  
lectissimo filio nostro Cynacio abbate deferente trans-  
misimus.

C. XI. ¶ Qualiter ordinetur diaconus.

Diaconus & dum ordinatur, solus episcopus: quem  
benedicit, manum super caput illius ponat, quia  
non ad sacerdotium, sed ad ministrum consecratur.

5. ps. Querimus autem, an post benedictionem manus presby-  
terorum, & diaconorum christiani liquore debantur perungi.

C. XII. ¶ Nec presbyteri, nec diaconi in  
confessione, christiane manus per-

ungere licet.

De his ita scribit Nicolaus Papa Radulphus Archi-  
episcopo Biteriensem.

Patera de scifitariis, utrum solis presbyteri, an &  
diaconis debeant, cum ordinantur, manus christia-  
nis liquore perungi. Quod in sancta hac Romana ec-  
clesia cui Deo auctore deferimus, neutris agitur. Sed  
& quia sit à nova legis ministris actum, nusquam (nisi  
nos fallat oblivio) legimus. Ergo ad B. Innocentii Papa  
canonica decreta sanctitate tuam transmitimus, & ordinibus  
& quæ tibi sint in confessionibus, & ordinibus

a perfecit.] manusc. b Ansel. l. 6. c. 46. al. 96. c Ex  
cane. Carth. 4. cap. 4. ordo Romanus 91. col. 2. Poly. l. 2. 111. 22. Anselm.  
l. 7. c. 12. & 60. Ivo p. 6. cap. 15. d Pann. l. 3. c. 31. Ivo p. 6. cap. 122.  
Ivo. PP. 1. cap. 1. i.

observanda, principia pagina ad Decentum Enga-  
num Episcopum misse, te affatim edocebunt.

C. XIII. PALEA.

E X. 1 epistola b Simplicii Papæ Severo, & Floren-  
tino episcopis directa. Ad cognitionem nostri examinis,  
Gabrensis diaconi relatu, pervenit de quibusdam ipsius  
ecclesie clericis, quorum cum unus ad presbyterium,  
duo ad levitarum ministerium consecrarentur, episcopus  
eorum, oculorum dolore detenus, fertur manus suam  
super eos tantum posuisse, & presbyter quidam illis con-  
tra ecclesiasticum ordinem, benedictionem dedisse: qui  
proper tantum presumptione audacie poterat accusa-  
tus iudicio presenti damnari, si adhuc in corpore positus,  
non sufficeret mortis vocazione preventus. Sed quia iam  
ille examini divino refutatus, humano iudicio accusan-  
tis non potest, ita qui superfluit, & ab eis non consecrationis  
titulum, sed ignominia potius elogium accepit, ne si  
libet licentiam talis ultra usurpatum faciat, decrevimus, ut  
a gradu sacerdotali, vel leviticæ ordinis, quem petiver-  
ad eum fuit, depositi, ex quo iudicio abiciantur. Tales  
cum merito iudicati sunt removendi, quia prævi inventi  
sumi constituti.

1 ¶ Ex epistola ] Hac potius in nullo manuscripto exemplar-  
e est inventa. Burchardus, & Ivo ante hoc caput, quid inscrip. Ad  
cognitionem, referunt aliud quoddam caput, quod inscrip. Rati-  
onale, exemplaria Simplicii missa Egyri Florenti, (sive Hen-  
rico) & Severo episcopis. Quamobrem inde posset hinc esse trans-  
latus timet. Ceterum caput hoc à Burchardo citatur ex compi-  
tus Braca, ab Ivo in qua quidam part. c. 2. 13. ex Carthaginensi  
in festa vero, c. 102. ex Hispaniensi, 2. cap. 3. quo etiam loco ex ea &  
sequuntur caput. Quorundam autem, ut quod ibi in summa.

Item quartus, an certum ordinatio fit rata habenda, quibus esti-  
fopius oculorum longare detenus manus impunit, & presbyter sa-  
per eos orationem dicit.

C. XIV. ¶ Et ordinator, & ordinatus demissionem sus-  
cipit panem, cum episcopo manus imponit, &  
alios orationem dicit.

De his ita statutum est in concilio e. Toltoano.  
Quorundam d' clericorum, dum unus ad presby-  
terium, duo ad levitarum ministerium consecra-  
tur, episcopus oculorum dolore detenus, fertur manus  
suum super eos impossuisse tantum, & presbyter quidam  
illis contra ecclesiasticum ordinem benedictionem de-  
dit. Sed quia jam ille examini divino refutatus, huma-  
no iudicio accusatus non potest; ita qui superfluit, gradum  
sacerdotiorum, vel leviticæ ordinis, quem petiverat adegit fuit,  
amittant.

C. XV. ¶ Qualiter subdiaconus ordinetur.

Item ex concilio Carthagin. 4. c. 5.

6. S Vbi diaconus, & cum ordinatur, quia manus impos-  
tituionem non accipit, paternam de manu episcopi

accipit vacuan, & calicem vacuum: de manu vero ar-  
chidiaco accipit urecolum cum aqua f. manile, &  
manutergium.

C. XVI. ¶ Qualiter acolythus ordinetur.

Item ex eodem concilio. 6.

A Coluthus & cum ordinatur, ad episcopum quidam do-  
ceatur qualiter in officio suo agere debet: fed ab  
archidiaco accipit ceroferarium cum cereo, ut fuscis  
ad ascendenda ecclesia luminaria mancipari: accipit &  
urecolum vacuum ad suggerendum vimum in Burch-  
ardum sanguinis Christi.

a al. ordinationibus. b Ex concilio Hispanensi, 2. cap. 5. Burch-  
ardus. Ivo p. 6. c. 123. & 6. c. 102. c In concilio Hispani. 2. cap. 5.  
d Ordo Romanus p. 51. Rabanus de inst. cler. lib. 1. cap. 5. Iohannes  
lib. 2. off. 4. c. 10. e Poly. l. 2. 111. 32. Anselm. 7. 1. 31. Ivo p. 6. c. 34.  
Pann. l. 3. c. 31. f al. aqua manili. g Poly. lib. Anselm. 7. 1. 31.  
Ivo p. 6. c. 35. Pann. l. 3. c. 31.

C. XVII. *¶ Qualiter excofista ordinetur.*  
Item ex eodem, c. 7.

Xorifica & cum ordinatur, accipiat de manu episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, dicentes fibi episcopo: [Accipe, & commenda memoria, & habete potestatem imponendi manus super energumenum, & reprobatum, five catechumenum.]

C. XVIII. *¶ Qualiter lector ordinetur.*  
Item ex eodem concilio, c. 6.

Lector & cum ordinatur, faciat ei illo episcopis verbum ad plebem indicans ejus fidem, ac vitam, atque ingenium: post haec spectante plebe tradat ei codicem, de quo lectoris est, dicens ad eum: Accipe, & esto relator & verbi Dei, habiturus, si fideliter, & utiliter impetrans officium, patrem cum eis, qui verbum Dei ministraverint.

C. XIX. *¶ Qualiter officiarius ordinetur.*  
Item ex eodem, c. 9.

Officiarius & cum ordinatur, postquam ab archidiacono infra dictum fuerit, qualiter in domo Dei debet converari, ad suggestiōnēm archidiaconi tradat ei episcopus claves ecclésie de altario, dicens: [Sic age, quia redditus Deo rationem pro his rebus, qua his clavis reclauduntur.]

C. XX. *¶ Qualiter psalmista ordinetur.*  
Item ex eodem concilio, c. 10.

Psalmista f. id est cantor, potest ab eo licentia episcopi, sola sufficiere presbyteri officium suscipere cantandi, dicens sibi presbytero: [Videut quod ore cantas, corde credas, & quod corde credis, operibus comprobes.]

Clerici comam nutritre queruntur caput desuper in medium sphera rādant.

C. XXI. *¶ Clerici comam nutritre prohibentur.*

Unde Anicetus Papa episcopus Gallie.

P. Rohibet & frates per universas regionum vestrum ecclēsias, ut clericī juxta Apostolum comam non nutriant, sed desuper caput in medium sphera rādant.

C. XXII. *¶ De eodem.*

Item ex concilio Agathensi, c. 20.

Clerici b. qui comam nutritur, ab archidiacono etiam si nōcūlūt, inviti détendeantur. Vestimenta etiam, vel calceamenta eis, nisi quæ religionem deceant, ut aut habeat non licet.

C. XXIII. *¶ De eodem.*

Item Gregorius I. in encyclo Roma habito in luglio S. Petri, c. 7.

S. quis ex clericis relaxaverit comam, sit anathema.

C. XXIV. *¶ Quibus vestibus monachis fit indunda, cum confectoratur.*

Item ex concilio Carthagin. 4. c. 11.

S. Antiphonialis i. virgo, cum ad confestationem suo episcopo offeratur, in talibus vestibus applicetur, qualibus semper ultra eis profecti, & sanctimonias apti.

Vestis queque sacra, & vestimenta altaria mulieres Deo dedita exstingue, & incensum circa altaria deferre prohibetur.

C. XXV. *¶ Vestimenta altaris, & vasa.*

foras mulieres tangere prohibentur.

Vnde Soter Papa omnibus episcopis Italie, apist. 1.

S. Acratas a Deo feminas, vel-monachas sacra vasa, vel sacratas pallas penes vos contingere, & incensum circa altaria deferre perlaram est ad Apoliticam fidem: quæ omnia reprehensione plena esse, & vituperatione, nulli recte sapientum dubium est. Quamobrem hujus sancta fides autoritate hæc omnis vobis refecte funditus, quanto citius poteritis, confemus. Et ne peccatis hæc latius divulgetur, per omnes provincias abstergi citissime mandamus.

C. XXVI. *¶ Sacrarum subdiaconis in-*

*gredi non licet.*

Item ex concilio Laodicensi, c. 21.

N. On b oportet subdiaconis licentiam habere in sacrarium, five secretarium (quod Græci diaconum appellant) ingredi, & contingere vasa Dominica.

C. XXVII. *¶ De eodem.*

Item ex eodem, c. 22.

M. Infrum & non oportet uti oratus; nec hostias & de-

relinquere.

i ¶ Hostias] Vera Ichthys, que habetur etiam in aliquo ma-

nuscripti, et, Ostia, sed ob globo, non est restituta.

C. XXVIII. *¶ De eodem.*

Item ex eodem, c. 23.

N. On d oportet lectors, aut psalmistas orariis uti, &

sic legere aut pflaſſer.

C. XXIX. *¶ Miser in conventu viros do-*

cere non permittitur.

Item ex concilio Carthagin. 4. c. 98. & 99.

M. Vixerit quamvis docta, & sancta, viros in conven- tu docere non præsumat. Laicus autem præsentibus clericis (uni ipsi rogantibus) docere non audeat.

C. XXX. *¶ Ministris non faciat vasa Dominica*

contingere non licet.

Item ex concilio Agathensi, c. 65.

N. On f oportet infirmatos ministros licentiam habere in sacrarium (quod Græci diaconum appellant) ingredi, & contingere vasa Dominica.

C. XXXI. *¶ Culibet ex leboribus vasa sacra al-*

tarii portare non licet.

Item ex concilio Bracarense, t.c. 21.

N. On g liceat culibet ex lectoribus sacra altaris vasa portare, nec aliis, nisi iiii, qui ab episcopo subdiaconi fuerint ordinati:

C. XXXII. *¶ De eodem, ut clericis comam*

non nutritant.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 41.

N. On h liceat culibet ministeria tangere, nisi subdiacono, aut acolytho in secretario vasa Dominica.

i Nec oportet clericos comam nutritre, & ministrare. sed attento capite, patentibus auribus, & secundum Aaron, talarem vestem induere, ut sint in habitu ordinato.

C. XXXIII. *¶ Qualiter sponsa & sponsa*

fm benedicendi:

Item ex concilio Carthagin. 4. c. 13.

S. Ponfus k & sponsa cum benedicendi sunt à sacerdo-

te, & parentibus suis vel à paronymis offerantur, qui cum benedicitionem acceperint, eadem nocte pro reverentia ipsius benedictionis in virginitate perhancant:

a Poly. 1.3. tit. 9. Ansel. lib. 7. cap. 240. Burch. 1.3. cap. 15. Ivo part. 3. cap. 72. & part. 3. cap. 261. b Anselm. lib. 7. cap. 90. Ivo part. 3. cap. 102. c Anselm. lib. 7. cap. 88. d Anselm. lib. 7. cap. 33. Infra, de conse. dist. 4. cap. mulier. Burch. lib. 8. cap. 13. Ivo part. 7. cap. 101. & part. 8. cap. 324. e Ivo part. 8. cap. 324. f Ivo idem. supra ead. c. non oportet subdiaconis: g Apud Mart. Bracar. infra cap. grec. syntac. cap. 41. & cap. 66. Ivo part. 8. cap. 377. h Ivo part. 66. Ivo part. 8. cap. 378. i Exod. 22. k Infra 30. quest. 3. cap. Sponsa. Burch. 1.9. cap. 5. Ivo part. 8. c. 143.